

*hominum conscientia extraordinario lumine
illustrata, ut possint legere antea dicta sua opera.*

9. *Christus in ultimo iudicio allegabit bona electorum opera, non tanquam merita,
sed tanquam actus & signa fidei.*

C A. P. XXXII.

De Vitâ aeternâ.

1. *Statu s hominis p̄ij est via, vel patria.
Si llc est in hâc lachrymarum valle: hic
est futuræ vitæ.*

2. *Vita est natura, gratia, vel gloria. Il-
lam habemus ex creatione, istam ex justi-
ficatione & sanctificatione, hanc ex glori-
ficatione.*

3. *Regnum Dei est natura (quod et jam
dicitur potentiae & providentiae.) gratia
vel gloria. Illud tam latè patet, quām latè
patet hic mundus; istud est in ecclesiâ mi-
litante; hoc in triumphante.*

4. *Beatitudo hominis est inchoata, vel
consummata. Eâdem ratione distinguitur
vita aeterna, & glorificatio.*

5. *Visio Dei post hanc vitam est beatifica,
vel horrifica. Illo modo electi vident
Deum; hoc, reprobi.*

6. *Mors est temporalis, vel aeterna. Mors
temporalis est alia corporalis seu natura-
lis, alia spiritualis, & hæc est fidelium, qui-
pecca*